

INCANTATIONES

In quadratis vitreis

In quadratis fenestrae vitreis
oculi stellas spectantes
in immensitatem clamant animam

At illa stupens tacet
longinquas stellas admirans
albas et caeruleas

(1962)

In horto

In horto Mane plenum solis
florescentes prunos
permulcet palmis argenteis
Sub ramis arborum
in loco secreto fœlem albam
veneno venenatam video

In propinquo caespite catuli eius parvi
in sole inter se collidunt
expectantes ut mater tandem evigilet

Cerasi gemmant

Cor ut verus vaticinator
in praesensione veris
quia cerasi gemmant
omnia florescentia praedicit

Tum palmae nostrae erunt albae
et comae puellarum coronis ornatae

Sequentur passus nostros laetos
primae cantilenae cicadarum
ac oculos omnium risus arridentium undarum